


Duodecim domiciliorum cœli, sexus, complexiones, partem mundi, fortitudines, colores atq; gaudia planetarum in eis, uno intuitu capere. Canon VI.



Significator in quarta orientali A. M. C. ad horoscopum significat horas, in quarta meridiana A. M. C. usq; ad occasum significat menses, in occidentali ab occasu usq; ad I. C. significat annos, in septentrionali ab I. C. ad ortum dies.

Ptolemæo iudice partis orientalis domus sunt.	{ 10. 11. 12. } Occidentalis { 7. 8. 9. } { 6. 5. 4. } talis { 1. 2. 3. }
Me iudice partis meridionalis domus sunt.	{ 10. 11. 12. } Septentrio { 7. 8. 9. } { 6. 5. 4. } nalis { 1. 2. 3. }

De accidentibus quæ accidunt planetis in seipsis, & ad inuicem. Progressiones siue directiones, retrogradationes, stationesq; planetarum inuestigare. Can. VII.



Vinq; illa, quæ planetis frequenter accidunt, multifariam cognosci possunt. Progreditur autem planeta, dum motus eius in ephemeride scriptus augetur. Contra uero dum minuitur, regreditur. Verum quoties nulla graduum aut minorum motus uariatio fit, stare dicitur. Idem per syllabas Di & Re, quinq; planetarum columnulis insertas discerni potest. Præterea prima ephemeridum pagina præfata planetarum accidentia facillimè docet atq; commonstrat.

F iij Veloz